

## ZDANIA Z UT

### UT FINALE (≠ NE, + con.)

- Esse oportet ut vivas, non vivere ut edas.
- Nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur.

### UT OBIECTIVUM (≠ NE, + con.)

- Senectutem ut adipiscantur omnes optant, eandem accusant adepti. (Cic. *Sen.* 4)
- Divitiacus Caesarem obsecrare coepit, ne quid gravius in fratrem statueret.

### UT SUBIECTIVUM (≠ UT NON, + con.)

- Est mos hominum, ut nolint eundem pluribus rebus excellere.
- Non saepe fit, ut homines non fallantur.

### UT CONSECUTIVUM (≠ UT NON, + con.)

- Erat summa inopia pabuli adeo ut foliis ex arboribus strictis equos alerent.
- Nemo habet tam certam in beneficiis manum, ut non saepe fallatur. (SEN. *Ep.* 81.2)

### UT CONCESSIVUM (≠ NE, + con.)

- Nihil enim est (...) homini prudentia dulcius, quam, ut cetera auferat, adfert certe senectus. (Cic. *Tusc.* 1.94)
- Ne peregerit Caesar consilia sua, magnus tamen semper habetur.

### UT TEMPORALE (+ ind.)

- Ut haec dicta in senatu sunt, dilectus edicitur. (LIV. 3.10.9)
- Nam viri nostri domo ut abierunt, hic tertius est annus. (PLAUT. *Stich.* 29)

### UT COMPARATIVUM (+ ind.)

- Ut sementem feceris, ita metes. (Cic. *Orat.* 2.261)
- Ut non omnem frugem neque arborem in omni agro reperire possis, sic non omne facinus in omni vita nascitur.

### UT INTERROGATIVUM (+ con.)

- Quid loquor? te ut ulla res frangat? (Cic. *Cat.* 1,22)
- Pater ut apud tales viros obesse filio debeat? (Cic. *Planc.* 31)

### UT WTRĄCONE (+ con.)

- Impedit enim consilium voluptas, rationi inimica est, mentis, ut ita dicam, praestringerit oculos nec habet ullum cum virtute commercium. (Cic. *Sen.* 42)

## ĆWICZENIA

1. Romani ab aratro adduxerunt Cincinnatum, ut dictator esset.
2. Soli hoc contingit sapienti, ut nihil faciat invitus.
3. Ut sit magna, tamen certe lenta ira deorum est. (LIV. 1.100)
4. Ut enim Romae consules, sic Karthagine quotannis annui bini reges creabantur. (NEP. *Hann.* 7.4)
5. Tanta erat vis eius orationis, ut nunc etiam verba eius audire mihi videar.
6. Egone illam ut non amem? Egone illi ut non bene velim? (PLAUT. *Truc.* 441)
7. Plures multo sunt qui rogant, ut uti liceat opera alterius, quam qui utuntur. (Cic. *De petit. consulatus* 48)
8. Hoc responso Karthaginienses cognito Hannibalem domum et Magonem revocarunt. Huc ut rediit, rex factus est, postquam praetor fuerat, anno secundo et vicesimo. (NEP. *Han.* 7)

## ZDANIA Z CUM

### CUM TEMPORALE (+ ind.)

- Fuit quoddam tempus, cum in agris homines passim bestiarum modo vagabantur.
- Cum venero, rem tibi exponam.

### CUM ITERATIVUM (+ ind.)

- Germani ad equos se celeriter, cum usus est, recipiunt.
- Cum complector animo, quattuor reperio causas, cur senectus misera videatur. (Cic. *Sen.* 15)

### CUM INVERSUM (vix / aegre / nondum + ind. imperf. lub ppperf + cum + ind. perf. lub pres. hist.)

- Vixdum epistolam tuam legeram, cum ad me Postumus Curtius venit. (Cic. *Att.* 9.2a.3)
- Dies nondum decem intercesserant, cum ille alter filius (...) necatur. (Cic. *Cl.* 28)

### CUM EXPLICATIVUM (+ ind.)

- De te, Catilina, cum tacent, clamant. (Cic. *Cat.* 1.21)
- Cum „nosce te” dicit Apollo, hoc dicit: nosce animum tuum. (Cic. *Tusc.* 1.52)

### CUM HISTORICUM (NARRATIVUM) (+ con. imperf. lub ppperf.)

- Epaminondas, cum vicisset Lacedaemonios apud Mantineam atque ipse gravi vulnere exanimari se videret, quaesivit, salvusne esset clipeus. (Cic. *Fin.* 2.97)
- Antigonus in proelio, cum adversus Seleucum et Lysimachum dimicaret, occisus est. (NEP. 21.3.2)

### CUM CAUSALE (+ con. wg consecutio temporum)

- Dionisius, cum in communibus suggestis consistere non auderet, contionari ex turri alta solebat. (Cic. *Tusc.* 5.59)
- Alcibiades erat ea sagacitate, ut decipi non posset, praesertim cum animum attendisset ad cavendum.

### CUM CONCESSIVUM (+ con. wg consecutio temporum)

- Avari, cum multa habeant, pauperes sunt.
- Praedones, cum hostes communes sint omnium, tamen aliquos sibi instituunt amicos. (Cic. *Verr.* 4.21)

### CUM ADVERSATIVUM (+ con. wg consecutio temporum)

- Nemo aut eques aut miles a Caesare ad Pompeium transierat, cum paene cotidie a Pompeio ad Caesarem perfugerent.
- Socratis ingenium variosque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit, cum ipse litteram Socrates nullam reliquisset. (Cic. *de Orat.* 3.16)

### CUM CONSECUTIVUM (+ con.)

- Fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute superarent. (CAES. *Gal.* 6.24)
- Erit illud profecto tempus et illuscet aliquando ille dies, cum tu fortissimi viri magnitudinem desideres. (Cic. *Mil.* 69)

### ĆWICZENIA

1. Multi viri, cum praedonem nullum cepissent, mare tamen tutum praestiterunt. (Cic. *Flac.* 31)
2. Treveri iam a Labieno non longius bidui via aberant, cum duas venisse legiones cognoscunt. (CAES. *Gal.* 6.7.2)

3. Animal hoc, quem vocamus hominem, solum est ex tot animantium generibus particeps rationis et cogitationis, cum cetera sint omnia expertia. (Cic. *Leg.* 1.22)
4. Epicurus ex animis hominum extraxit radicibus religionem, cum dis immortalibus et opem et gratiam sustulit. (Cic. *N.D.* 1.121)
5. Maerendum est non cum patimur iniuriam, sed cum facimus.
6. Qui non defendit iniuriam neque propulsat, cum potest, iniuste facit. (Cic. *Off.* 3.74)
7. Cum legiones Fabianae duae flumen transissent, subito vi ventorum et aquae magnitudine pons est interruptus et reliqua multitudo equitum interclusa. (CAES. *Civ.* 1.40.3)
8. Fuit tempus, cum rura colerent homines neque urbem haberent.
9. Cum Caesar Gallia superata magnum gloriam assecutus esset, Pompeius inimicus ei factus est.

### ZDANIA Z QUOD

quod – *ponieważ* (ex mente auctoris ⇒ ind.)

- Themistocles Corcyram demigravit, quod non satis tutum se Argis videbat.

quod – *ponieważ* (ex mente aliena ⇒ con.)

- Gloriabatur Hortensius quod numquam bello civili interfuisset.

quod - *co się tyczy tego, że; jeśli chodzi o* (gdy zdanie podrzędne z quod poprzedza zdanie główne) (+ind.)

- Quod me Agamemnonem aemulari putas, falleris.
- Quod multitudinem Germanorum, inquit Ariovistus, in Galliam traduco, id mei muniendi, non Galliae impugnandae causa facio.

non quo(d) – *nie dlatego żeby, jakoby* (+con.)

- Litteras ad te dedi non quod haberem, quod scriberem, sed ut absens tecum loquerer.

quod – *że* (wprowadzone przez spójniki hoc, id – *to*, eo, propterea – *dlatego*, ex eo, inde – *z tego*, *stąd*, hanc ob rem, hac re – *z tego powodu*) (+ind.)

- Parentes vituperant discipulos hanc ob rem quod neglegentes sunt.
- Homines hac re maxime bestiis praestant, quod loqui possunt.
- Homines hoc uno plurimum a bestiis differunt, quod rationem habent.

quod – *że* (po verba affectuum) (+ind.)

- Gaudeo, quod diligenter discis.
- Dolebam, quod socium gloriosi laboris amiseram.

quod – *że* (po bene, male, recte, prudenter facere) (+ind.)

- Recte fecisti, quod me admonuisti.
- Bene facis quod litteras voluptatibus anteponis.

quod – *że* (po bene, male, recte, prudenter, commode evenit, accidit, est, fit itp.) (+ind.)

- Feliciter evenit, quod amicus in urbe est.
- Bene accidit, quod Allobrogum legati de suis rebus Romam venerunt.

quod – *żeby, że* itd. (po est, quod – *jest powód, żeby, habeo, quod – mam powód, żeby* itp.) (+con.)

- Est, quod te vituperem.
- Non habeo, quod te accusem.
- Quid est, quod omnes translatis magis delectentur verbis quam propriis?

### ZDANIA PODRZĘDNE. ĆWICZENIA.

⇒ Czasownik w nawiasie postaw w odpowiedniej formie. Określ zdanie podrzędne.

1. Si ..... (venio) ad exercitum, a tribunis militaribus ..... (video); non es autem ab his visus: non es igitur ad exercitum profectus.
2. Si cui sua non videntur amplissima, licet totius mundi dominus ..... (sum), tamen miser est.
3. Darius pontem fecit in Histro flumine, qua copias ..... (traduco)
4. Operam dabo, te ut primum ..... (video)
5. Clusini legatos Romam, qui auxilium ab senatu ..... (peto), misere.
6. Multae sunt gentes, quae nondum ..... (scio), cur luna ..... (deficio).
7. Socratis ingenium variosque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit, cum ipse litteram Socrates nullam ..... (relinquo).
8. Quis potest esse, Quirites, tam aversus a vero, ut ..... (nego) haec omnia administrari deorum nutu?
9. Illa quamvis ridicula ..... (sum), sicut erant, mihi risum non moverunt.
10. Epaminondas, cum ..... (vinco) Lacedaemonios apud Mantineam atque ipse gravi vulnere exanimari se ..... (video), quaesivit, salvusne ..... (sum) clipeus.

⇒ Uzupełnij zdania właściwym spójnikiem. Określ uzyskane zdanie podrzędne.

1. Agesilaus, ..... ex Aegypto reverteretur venissetque in portum, in morbum implicitus, decessit.
2. Longiorem epistulam ad te scriberem, ..... res verba multa desideraret.
3. .... est malum paupertas, nemo mendicus beatus esse potest, quamvis sit sapiens.
4. Verum illud est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ..... amicitiae munus expletum sit.
5. .... legiones Fabianae duae flumen transissent, subito vi ventorum et aquae magnitudine pons est interruptus et reliqua multitudo equitum interclusa.
6. Ad Appi Claudii senectutem accedebat etiam, ..... caecus esset.
7. Negare hoc nullo modo potes, ..... forte omnia negare constituisti.
8. Negavit moris esse Graecorum ..... in convivio virorum accumberent mulieres.
9. Treveri iam a Labieno non longius bidui via aberant, ..... duas venisse legiones cognoscunt.
10. .... solitudo et vita sine amicis insidiarum et metus plena sit, ratio ipsa monet amicitias comparare.